

conuerti uoluerunt ab omni  
rectate sua. Habent cer  
uicem & scelerum maledictio  
ne praesentant. ut nihil  
suis meritis tribuan  
t. deprecantur. de his in  
timelis uti uita estantia  
nullis quod de talibus aut  
unt scilicet de uirtute inuit  
ostendit in scriptura. Nihil  
in mundo est in se scilicet  
nullo necessarium si quis  
eque quod in quod nomini  
tunt. Illi autem neglegere  
unt alius in nulla sua.  
in morte sua; Amiserunt

tantum assistentia in huius pre  
sentis presentis uita: quod in mundo  
delectantur in omni massa. parat a pro,  
Vnde dicitur. At illi in ceteris. & abierunt  
aluis in nulla sua alius in negotiatio  
ne sua; In nulla te est in terrene  
inmoderate in ceteris. In negotia  
tione uero te est in homini uero in  
latum in ceteris in huius. Quia enim  
aluis in ceteris in labori terrene. alius  
uero in mundi huius in hominibus delectatis  
in mysteriis in ceteris in domnicae  
in ceteris. & scilicet in illi in uirtute in ceteris  
in ceteris in actu in uel in negotiis in p  
genus in uirtute in ceteris in in pta in ceteris  
in ceteris in quod est in ceteris in nulli  
in ceteris in ceteris in ceteris in ceteris

Continetur hoc Volumine  
JURCANI LIDDELI SCOTI  
Disputationes,

Theses Logicae

Propositiones Astronomicae de diebus et Annorum differentijs

De facultate Vegetante.

De Philosophia ejusq. Instrumentis.

In IV. Meteororum de Misi generatōe . . . Diss. I.

In IV. Meteororum de Concoctione . . . Diss. II.

Dissp. Pathologicae, I. de Morbis.

II de Causis Morborum in græ.

V.

VI.

IIIX.

Dissp. posterior de Praesagijs

de Peste diss. prior.

De Natura et Facultatib. medicamentorum.

De Compositione et Preparatōe medicamentorum.

De Arthritide.

De ratione Purgandi.

De Phlebotomia, Hirudinib., Scarificatione

de Febris Natura . . . . . diss. I.

de Febris . . . . . II.

de Febris . . . . . III.

DISPUTATIO,

## DE MEMORIA LAESA.

QVAE EIVS SEDES AFFECTA:

*Quis affectus: quæ causa: Et tandem, quod aliquando per se aliquando per CONSENSUM ledatur.*

Sumpta ex cap. 3. 4. &amp; 5. lib. 3. de locis affectis.

QVAM

DEO OPT. MAX. AVX.

PRAESIDE

FRANCISCO PARCOVIO RO-  
stochiense, Medicinæ Doctore, & in incly-  
ta Academia IVLIA professore  
ordinario,

TVERI CONABITVR

M. JOSEPHVS LAVTENBACH,  
RHENANVS, ALSATVS.

Fiet disquisitio 18. Decemb.

HELMSTADII

Excudebat Iacobus Lucius, Anno  
M. D. XCI.



PRAESTANTISSIMO  
VIRO, NOBILITATIS, ERVDI-  
TIONIS, CONSTANTIAE, ALIARVMQVE  
virtutum ornamentis splendidissimo, Dn.  
GVNTHERO A BARTENSLEBEN  
in VVolffsburg & Brumda, fautori & Meccœnati suo  
perspectissimo, Theses has debitæ gratitu-  
dinis ergò DD.

**M**ensis nunc est, cis vltra quartus, vir nobilissi-  
me, generis antiquitate & virtutis splendore niti-  
dissime, quod apud te, nescio quam Ioue blando  
VVolffsburgi aliquantisper commorarer. Occepi e-  
quidem ab eo non enascentis modo tuæ arcis demirari mecum am-  
plitudinem, & stupefcere magnificentiam: Sed & omnia tua-  
rum adium reliqua fortuna, incomparabilia certè, altius mecum  
expendere & animo æstimare. Quo enim cunq; oculorum per-  
vniuersa contorquerem aciem, præter Dadali opera Pelopisq; ta-  
lenta ad pedes ad caput nihil occurrit. Intus quid splendoris &  
ornatus, foris quid incunditatis & amœnitatis vel lippi in oculos  
longè vtrò influxit. Ea deniq; omnium elegantia, is ornatus eni-  
tuit, ut vnius fortunæ inuidia si ante obitum percenseri beatum  
quemquam liceret, tu mihi certè reliquis animi tui dotibus præ-  
claris complicitis, præ reliquis hoc decantandus elogio videreris.  
Nec mihi verò per transennam, quod aiunt, hæc contueri saltè  
singula datum est: sed & ipsum aliquem tuæ istius felicitatis de-  
cerpere flosculum, nescio quo meo merito obtigit. Vbi enim de  
singulari tua in me humanitate: vbi de clementia: vbi de bene-  
ficentia,

M. D. XCI.



ficentia, qua velut imbribus affatim perfusus sum, memoriam re-  
peto, omnia meherculè Ista linenda cedro, & leui seruanda  
cupressu non fateri non possum. Quæ cum omninò animi grati  
repenſionem poſcere perſentiſcerem, nihil ab inde, quod ad pen-  
ſum iſtud meum faceret, non moui: nihil ex officio quod eſſet,  
intactū reliqui, vt de mea quid in te obſeruantia innoteſceret &  
veneratione. Dum verò laborioſius hunc non nihil voluiſſem ali-  
quandiu lapidem, nec dum ad apicem eius mihi ſollicitudinis de-  
ducta moles eſſet: En opinione citius quid, huic inſtituto meo ad-  
modum adſine, auſpicarò emergit. Theſibus quippe his, quæ de  
Memoria læta diſquiſitionem important, ἀλιτὰ ἀργείῃ potiffi-  
mum conſultum viſum eſt. Et enim hæc inquiſitio acuminis &  
difficultatis plena eſt: Et tu ſapientie ſemper & laudatiſſima-  
rum literarum ſtudio à teneris (quod aiunt) unguiculis pernici-  
zer uſq; exarſiſti, & propè conflagraſti. Reliqua enim hic vt in-  
uolui ſilentio patiar, quas obſecro, Corintho vt adpelleres, non  
ſubiſti difficultates? quos ſodes in conſcendendo ad Muſas Heli-  
cone non exantlaſti labores? quas non aſperitates? quas non e-  
uoluſti obſcuritates? Vt mores hominum multorum vr-  
besq; videres, per vniuerſam hinc inde Germaniam nulla fa-  
tigatione longè proſerpiſti. Trans Rhenum veētus Argyropæa  
Lycea viſiſti: Conſcendiſti alpes: Galliam ex Lottaringia ſalu-  
taſti: adeoq; vel abdiſſima quæq; Armipotentiſſimæ Germaniæ, pa-  
triæ noſtræ ſuauiſſimæ, limina quaſi digitis connumerāſti. Quin  
& Italiæ auidum te pellexerunt Academia illuſtriores: vide-  
runt te vrbes eius nobiliores ferè omnes, Padua, Venetiæ, Ro-  
ma, &c. nec maris te immanes retudère procellæ, nec ſonantes  
æquore nimbi auſu te tuo laudabili prohibuērunt. Et cum nec  
Pactoli opes iſtis peregrinationibus: nec plus inane aliquod cuius-  
cunq; velitationis aucupium, quàm omnifariam multarum rerum  
cognitionem & ſcientiam, molireris: factum eo eſt, vt perſpe-  
ctiſſimum tibi Sapientiæ oculum conſingeres & adornares.  
Sapientiam hanc Memoria filiam eſſe, ſapientiſſimi quiq; q.  
A 2 oraculo

oraculo prodiderunt. Quis verò huius conseruande, quàm pri-  
mum acquirenda minus sibi negotij dari non persuasum non habe-  
at? Quibus itaq; iniuriarum incursionibus, tanquam procellis  
quibusdam afflicteretur memoria, thesaurus iste hominis prestan-  
tissimus, theses hæ ad longum explicant. Quibus integra perstet  
& illæsa, ex opposito quicuis ratione promptè hauserit. Hæc cum  
ita sint, vir nobilissime, quid impedit, quò minus præstantissimum  
animi grati signum ego deprompserim? quid obstat, quin thesau-  
rum tibi consecrarim vel pretiosissimum, vel charissimum? Su-  
me ergò, summe obsecro Heros præstantissime, in manibus quic-  
quid est nostris & viribus: Age sodes, oculo benigno & recto aspice  
munusculum hæc, quo maius nostro abstrusum scrinio aut arcula  
nullum est. Hoc ubi benignè feceris, nec inde uala cultoris  
tui hæc fastidieris, ad maiora mehercule eris & magis ardua mihi  
Ithorus aut instigator grauisissimus. Crotonæ uale s. lubrius, tuaq;  
me clientela, si dignus sum, non excute.      Data Helmstetii  
11. Decemb. Anno æræ Christiane 1591.

M. Iosephus Lautenbach.



PRO.

# PROPOSITIO

I.

**R**æmissa ( præcedenti disputatione ) vniuersali Methodo dignoscendorum locorum malè adfectorum, & adfectuum præter naturam: consequens est, particularia ad eandem viam & Methodum reducere. *Galeno enim hæc viæ & rationes non valde probantur, quæ sine exemplis & exercitatione traduntur.* In vniuersalibus enim Methodus, in particularibus *c. ult. lib. 2. de locis adfect.* exercitatio consistit: & viæ & rationes, vbi solæ sine multifaria secundum ipsas exercitatione cognoscuntur, haudquam possunt perfectos efficere discipulos.

II.

Exercitatio illa, qua per omnes corporis partes exercemur, à **CAPITE**, quod velut arx, sedes, & domicilium animæ rationalis habetur: *Siue iam anima in eo sit ut locatum in loco: vel eius sit forma & temperamentum: (quod cum exacta horum notitia ad curationis inuentionem parum conducatur, Galenus in suspensore relinquit)* meritò initium ducit. *de locis adfect. 3. c. 7.*

III.

Affectuum ex facultatum numero duæ sunt primæ differentiæ: Alteræ animæ, Animales: alteræ naturæ, Naturales. *de Sympt. diff. c. 3.*

IIII.

Animales triplices sunt: Sensibiles, Motiuæ, & Rectrices: quarum priores, sentiens nimirum & mouens, extra cerebrum, & per organa secundaria suas functiones obeunt: posteriores verò intra cerebrum operantur, eaque à cerebro exeunt.

V.

Rectrices & principes animæ actiones, iterum cum Gal. *cap. 3. de Sympt. diff.* diuidimus, in Imaginationem, cogitationem, & memoriam.

A iij

Me-

## VI.

Memoria (*in quo exemplo nos primum Galenus exercet*) est facultas princeps, quæ rerum simulachra, cum propria vi sua, tum illorum impulsu in cerebri corpore insculpit & cōsignat, citra vllum materiæ vestigium: vt cum opus fuerit, tanquam è thesauro & promo condo, iterum inde depromere possimus.

## VII.

Memoriæ debilitas & abolitio, symptoma est in genere noxæ functionum animalium principum. *Symptoma ex numero eorum, quæ raro euenire solent, & in quo partis adfecta dignotio difficillima.*

c. 3. & 4.  
lib. 2. de  
loc. adf.

## VIII.

Sedes adfecta, sicuti & omnium animalium facultatum est cerebrum. Id præterquam quod omnibus Medicis in cōfessio fit, contra Aristotelem lib. de plac. Hipp. & plat. ad longum Galenus demonstravit:

c. 5. lib. 3.  
de loc. adf.

Lib. 2.

## IX.

Idem & Archigenes, dogmaticus Medicus (*quamuis pertinax in defendenda Aristotelis sententia, qui omnium facultatum originem & sedem in corde statuit*) deperditam memoriam restituens, dum capiti remedia applicat, nolens volens concedere cogitur.

Lib. 3. de  
loc. adf.

c. 4.

## X.

Id & pueri & vulgus nouit, dum fatuum cerebrum habere negant.

lib. 3. c. 4.

## XI.

Memoriæ enim læsio, si Galeno credimus, sæpè cum læsione quadam rationis, quemadmodum & rationis læsio vnà cum memoria læsa conspicitur, vtriusq; noxa ab eadem dispositione procedente. Imò, Paulo dicente, incipit ratio nis læsio, & hac aucta accedit memoriæ læsio.

c. 5 lib. 3.  
de loc. adf.

lib. 3. c. 12.

Ad.



XII.

Adfectam hanc sedem, neq; dolor aliquis, excretio, aut tumor præter naturam, aut aliud quid declarat: id quod & in Melancholia, Phrenitide, Mania, morbo comitiali, lethargo, sopore, & similibus adfectibus quoq; vltu venit, Sola actione læsa, certissimo neque vnquam fallibili signo innotescit. Actio enim læsa sola, inquit Galenus, cum nulla alia pateret via, satis conducebat ad adfectarum partium inuentionem. Ergò ubi quis omnium antè actorum immemor fuerit, & tanta obliuione corripitur, ut quæ antea didicit, & seipsum & necessarios ignoret, huic memoriam læsam esse omnes fatemur.

lib. 3. de  
loc. adfec.  
c. 4.

lib. 3. de  
loc. adfec.  
c. 3.

XIII.

Cerebrum quando dicimus, memoriæ sedem, intelligimus totum cerebri corpus, non partem eius posteriorem, in qua multi eam collocant. Vnde & ex occipite de memoria conijcere & iudicare volunt.

XIV.

Sic & pleriq; Medici, frontem phantasiæ, synciput facultati rationatrici destinantes, ijs quibus frons lata est, feliciem imaginationem attribuunt: Ratiocinatione & discursu præstare volunt, qui synciput vastum, vel verticem fastigiatum habent.

XV.

Verum hæc principum facultatum in cerebrum distributio, cum nullis solidis & firmis rationibus & argumentis nitatur, non temerè recipienda & approbanda. Indignum enim philosophi grauitate & constantia, quod non satis exploratè perceptum & cognitum est, sine vlla dubitatione confirmare.

Consule  
donatū ab  
Altomarū  
de functio  
nib. prin-  
cipib. Etc.  
de phreni-  
tide.

XVI.

Constat ex præmissis adfectus locus memoriæ læsæ: reliquum est adfectionis huius speciem diligenter inuestigare.

A 4

Adfe-



XVII.

Adfectionem hanc symptoma esse diximus. verum cum  
*De diff. cuiusvis symptomatis causa Morb<sup>o</sup> fit, eumq; præcedere ne-  
sympt. c. 4. cesse sit, ad quem cerebri morbum consequatur, inquiren-  
& s. dum.*

XVIII.

Partes similes, quæ primò operantur, communem ha-  
bent dispositionem: Et sicuti harum sanitas in temperie,  
sic illorum morbi in intemperie consistent. Id probatur à  
*e. 6. c. 5. Gal. lib. de diff. morb. & lib. 3. de loc. adfect.*

XIX.

Læsa ergò Memoria secundum hanc conclusionem ex  
intemperie cerebri proveniet.

XX.

Verum cum Medicus propter curationem non in sum-  
*Gal. lib. 1. mo aut medio morbi genere quiescat, sed descendendo infe-  
de curan- riora genera, speciesq; veras ac proprias inuestiget, quæ &  
di ratione qualis sit intemperies, exactius definiendum.  
ad Glauco.*

XXI.

*c. 1.* Frigida igitur intemperies sola, aut humida sola, Item fri-  
*Lib. 3. de gida & humida, vel tandem sicca intemperies sola & simplex  
loc. adfec. huius adfectionis causa erunt.*

XXII.

*s. 5.* Vbi igitur perijt, vel grauiter læsa est Memoria, frigida  
omninò intemperies. Ad animi enim ignauiam inducen-  
dam, animalesq; actiones torpidas & segnes reddendas, fri-  
gus omninò primas tenet, vti à Gal. scriptum est lib. 3. de loc.  
adfect. & c. vlt. lib. 2. Frigus otiosum & ad motiones pigrum  
reddit animal.

XXIII.

Huic sententiæ quoque fidem facit Hipp. lib. de morbo  
sacro, circa finem, & in Epistola de Infania: obliuiosos fieri  
dicens, dum cerebrum perfrigeratur.

Id &



XXIV.

Id & animalia comprobant, quæ tota hyeme sine cibo & motu latere coguntur.

XXV.

Idem & Lactuca, magna copia ingesta, & alia frigida medicamenta adsumpta, dum graues somnos inducunt, & cephalalgia pituitosa, somnum profundum, soporemq; comitem habens, abundè docent.

XXVI.

Humida intemperies idem efficiet: sed cum humiditas passiuua qualitas sit, minus damnum memoriæ inferet: ita ut hæc intemperies in causarum numero secundas à frigiditate obtineat. Fluidæ cerebri substantiæ alumna obliuio.

*In arte parua c. 12.*

XXVII.

Argumento sunt perfusiones & irrigationes capitis: quæ quod caput humectant, soporiferæ sunt.

XXVIII.

Idem & cibi humectantes copiosius sumpti: Et ex ætatibus pueritia, ob humiditatem somnolenta declarant.

XXIX.

Frigida & vehementer humida Intemperies, quamuis Gal. & Aëtio testibus, lethargum & carum adferant: eodem tamen Aëtio autore, humidæ & modicè frigidæ intemperiei memoriæ detrimentum succedit.

*c. 23. lib. 6.*

XXX.

Sicca etiam cerebri intemperies, quamuis rarum hoc sit, obliuionem inducit: Huius rari euentus lapsæ cum siccitate memoriæ duo exempla proponit. Nam quod frigida & humida intemperies memorandi vim eneruant, frequens sit, exemplis non indiget.

*c. 5. lib. 3. de loc. adf.*

XXXI.

A frigore ergo & siccitate, quod haud facilè admittant species: ab humore autem, quod facilè dimittat, obliuio nascitur.

Sive



## XXXII.

Si verum est, quod Guilielmus Gratarolus (*qui de memoria reparanda integrum librum scripsit*) dicit, Memoriam ab excedente calore lædi, id fieri videtur, propter turbatam & deprauatam imaginationem, quæ species rerum vel variè vel perperam apprehendit. Cum enim conseruatio specierum sit veluti continuatio adprehensionis, & qua vi adprehendimus, eadem procul dubio retineamus species rerum, teste doctissimo Fernelio in sua physiologia lib. 5. c. 8. Quod idem videtur sentire diuinus Scaliger, Memoriam repetitam & habitualement phantasiam nominans, Exerc. 107. 28. non mirum hac deprauata lædi memoriam.

## XXXIII.

*c. 2. lib. 6.* Hoc nobis suggerit Aetius, dum febricitanti primum imaginationem & ratiocinationem, Memoriam verò tunc, cum ad summum calor auctus, offendi scriptum reliquit.

## XXXIV.

*Aetius cap. de amiss. memor.* Cum verò in Intemperiebus commemoratis secundum magis & minus non paruum sit discrimen, nihil mirum, quod multiformis sit varietas causarum, animales actiones lædentium.

## XXXV.

Huius rei consideratio à remotis summisq; generibus ad indiuiduam speciem in curatione summè necessariam, Medicum deducit, ad quam perueniet, si signa differentiarum, quæ à causis sumuntur, diligenter perpendat.

## XXXVI.

*6. 11. c. 12.* Signa verò causarum ex Somno & vigilia, tum etiam ex excrementis cerebri maximè innotescunt. Si enim verum, quod Gal. lib. de plenitud. scripsit, qualis in corpore cacochymia abundet, ex capitis operibus, nempe somno & vigilia internosci: quanto magis in proprijs cerebri adfectibus illud ipsum fiet.

Si nul-

XXXVII.

Si nullus sit excessus in somno & vigilia, & excrementa pauca de capite defluant, frigidam intemperiem sine materia adesse significabit.

XXXVIII.

Sola humiditas redundans, profundos & longos somnos faciet.

*Aetlius  
lib. 6. c. 23.*

XXXIX.

Si excrementa ex ore & naribus copiosè defluant, & ægri sunt vehementer somnolenti, frigida erit intemperies cum humiditate.

XL.

Si vigiliae erunt molestae, & partes nominatae aridae & siccae, erit ex intemperie sicca.

XLI.

In summa excrementorum quantitas & qualitas, & diligens contemplatio causarum quae praecesserunt, capitis dispositionem declarabunt.

*lib. 3. de  
loc. adf. 6.  
5.*

XLII.

Læditur aliquando memoria per se, aliquando ut Symptoma sequitur Lethargum & omnes soporosos adfectus: sic & febris nonnunquam ipsa morbus est, aliquando morbi Symptoma.

XLIII.

Sic & morbos, qui in abscessum cerebri terminantur, obliuio sequitur, quemadmodum testatum reliquit Gal. lib. 2. de causis Sympt.

*c. 7.*

XLIV.

In dubium tamen vocatur, an ipsum cerebrum apostema incurrat & inflammetur: Cui respondet Auicenna hoc modo: Id quod extenditur alimento, praeter naturam etiam extendi potest: Sic & ossa autore Galeno Apostema incur-

*7. Aph.  
54. in cō-  
ment. De  
compos.  
med. sec.  
loc. 5. c. 8.*



runt & inflammantur. *Historias abscessum in capite reperto-  
rum multas Ioannes Schenkius in suis de capite humano observa-  
tionibus ex varijs autoribus notavit.*

XLV.

Sed cum notæ, quæ proprium ab eo, qui per consen-  
sum fit adfectum, distinguunt, præcedenti disputatione  
propositæ sint, secundæ huius disputationis hîc finem fa-  
ciemus.



lib. 8. de  
loc. 1. 1. 1.

lib. 8. de  
loc. 1. 1. 1.



hanc scripturam publicam, que...

nomine...

99 A 6903

(No. 24  
nicht)

(25 Handschrift)

(9)

(No. Aufgezeichnet)

ULB Halle 3  
002 636 220




VD17

TA-OL









ATIO,

LA LAESA.

DES ADFECTA:

*Et tandem, quod ali-*

lo per CONSEN-

edatur.

& 5. lib. 3. de locis

etis.

AM

MAX. AVX.

SIDE

ARCOVIO RO-

Doctore, & in incly-

LIA professore

ario,

ONABITVR

LAVTENBACH,

ALSATVS.

o 18. Decemb.

STADII

us Lucius, Anno

. XCI.